

A. & Ω.

DISCURSUS PHILOSOPHICUS,
SELECTIORES
NONNULLAS QUÆSTIO-
NES PRACTICAS EX-
HIBENS:

Qvem

Cum consensu Amplissimæ Facult. Philosophicæ,
In florentissima Academia Aboënsi,

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi & Præcellentissimi Viri

DN. ERICI FALANDRI,
Græc. & Hebr. Lingv. Professoris celeberrimi,
Præceptoris & Promotoris æternum su-
spiciendi,

Publico Examini modestè submittit

PETRUS A. LACONIUS,
Wex-Smol.

Ad diem 8. Maij, horis antemeridianis

In Auditorio Maximo, Anno à nato Salvatore
M. D. C. LXXX.

ABOÆ,

Excusus à JOHANNE WALD/ Aead. Typogr.

S. R. M. Viro fidelissimo

Generoso ac Illustri

DN. GUSTAVO GRASZI

Domino in Kostis / Ladtis & Leitelsle / &c.
Dicasterii Regii Aboënsis Vice-Præsidi gravissimo, & in
Territorio Hallito Juridico æqvissimo, ut Patrono & Me-
cœnati indubitato, ita humillimâ animi observantia
æternum suspicioendo.

ut &

Nobilissimus, Consultissimus ac Experientissimus Viris

DN. DANIELI Gyllenstålpe/Hæred.de Heine-
fors & Ingoisberg/&c. Regii Parlamenti, quod Aboæ
est, Adseitori amplissimo, nec non Juridico Territoriali
Sup.Satagundiæ accuratissimo, Mecœnati meo certissimo,
quovis reverentiaz cultu æstatem colendo.

DN. HENRICO Stålhandst/ Hæred. in Åttu/
Gåsterby & Perno/&c. Regii Dicasterii in magno Ducatu
Finlandæ Adseitori fidelissimo, Patrono & Promotori
propensiss. omni officiorū genere jugiter prosequendo.

DN. MATTHIAE Forbes/ Hæred. in Mörsföndæs/
Jädelax & Pärlem/ &c. Patrono & Evergetæ meo multis
nominibus honorando.

DN. ERICO SALANDRO, Curiæ Aboënsis
Secretario spectatissimo, fautori & benefactori grati ani-
mi affectu perpetim observando.

In debita gratitudinâ tesseram & ulteriorù promotio-
nus spem, hunc discursum Academicum, hu-
millimè & perofficiose do dicoque.

P. LAGONIUS, Auth. & Resp.

Magna sane jucunditas animo veri avido, in spacio Philosophia campo, occurrit, ubi qua, prater artes instrumentales, complectitur in se disciplinas, cum theoreticas, tunc practicas. Ille omnino amanitatem non carent, in quibus astrorum numerum inimus, distionam metimur, vires rimamur, vias investigamus; in sublunarem deinde mundum delati, admirandam meborum officinam attoniti circumspicimus, eausque fulminum, fulgurum, tonitrum, pluviarum & nivium contemplamur. Ubi vero sensus deficiunt, ad mentem properamus, & a corpore a mole res liberantes, collatis invicem singularibus tam corporeorum quam incorporeorum diversissimis naturis, conceptus formamus universales, quibus omnia subjiciuntur, & ex tantâ multitudine ad unitatem quasi revocantur. Sed neque minori suavitate ipsa Philosophia practica nos delectat (de praerogativa tamen utriusq; hæc vice nihil sumus solliciti) hæc enim urbes parit, dissipatos homines in societatem vita convocat, domicilia & contubernia jungit, leges invenit, mores format, virtutes indagat, vicia expellit; Magistra proinde morum, & portus naufragiorum audit. Hanc tamen quia eret lo veluti licentia veillio multi spernunt, severiores morum magistri, qui emergenti licentia occurrunt, jacentem virtutem legum praesidio erigunt, triumphantemq; malitia non opprimunt, ludibrio exponuntur & iniquissimum censurâ ventantur. Alia longè mens fuit Marci Antonini Imperatoris, cui hæc sententia Platonis semper in ore fuit: Florere civitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur. Hec mecum perpendens, questiones nonnullas Practicas selegi, easq; pro modo publicè ventilandas proposui, ingenium meum exerciturus. Et licet hec B. L. nihil novi, nihil ingenii, nihil politi invenias, nullus tamen dubito, quin hisce pagebras serenô vultu adspicias! Mordaces malevolos, quibus nulla honesti cura, sed sola obtructatio volupis est, nihil moramur; satis enim est bonis placuisse. Sit itaque

IN NOMINE TRINUNIUS DEI
QUÆSTIO I.

Sit ut aliquando licitum irasci?

DE hac quæstione inter Stoicos & Peripateticos magna semper fuit contentio; illi enim omnes affectus naturâ suâ malos esse satis rigidi dixerunt; Hi in contrariam abundantes sententiam, illos à virtute liberarunt, afferentes tamen eosdem excessu, vel defectu vitiari posse. Antequam igitur tam nobilem quæstionem aggrediamur, præmittenda videntur fulnea nonnulla Stoicorum argumenta: dicunt enim (α) Perturbationes humanam tranquillitatem turbare & evertere; ut igitur tranquillitas proba est, virique sapientis ac felicis maximè propria, ita pertubatio improba, viroque infelici & misero accommodatissima judicari meritetur. (β) id patet, ajunt, ex conditione perturbationum: Dicuntur enim motiones vehementes, ægritudines animi, virtute curandæ, rationi adversæ, cum ratione pugnantes, & calcaria ad vitia, ob quas rationes non commendari, verum maxime damnari merentur; Huic sententiae applaudserunt Cicero, Galenus; & Seneca &c. dum in lib. suo adversus Peripateticos ad evellendam omnem iram, ita dicit: An secundum naturam sit ira, manifestum erit si hominem inspexerimus, quo quid est mitius, dum in recto animi habitu est? ira quid crudelius est? homine quid amantius est? quid ira infestius? homo in adjutorium mutuum generatus est, ira in exitium: ille congregari vult, illa discedere: Hic prodesse, illa nocere; hic etiam ignorantis succurrere, illa etiam charissimos petere. Verum quis hic non videt, Stoicos in Affectionibus describendis, involvere

vere & motum ipsum & quæ ei accidunt, res naturâ suâ distinctissimas: quod quam pericolosum sit in veritatis investigatione, facile intelligitur. licet enim omnes motus animi, sive excurrant, sive in officio contineantur, conveniunt inter se, quâ motus sunt, & quatenus habent quæ per se ad essentiam motus spectant: quod tamen excurrunt, competit eis, non quâ motus simplicitè, sed quâ motus vitiōsi, sive quatenus rationis imperium detrectant. V. g. aliud est odiū simpliciter, aliud est odium virtutis, vel hujus aut illius rei; quæ non sunt confundenda: & sic de ceteris. Conf. Clariss. Horn. in Philosoph. mor. p. 214. Nos proinde subtilioris ingenii Philosophos sequuti, in contrarium partem argumentamur: (1) qvidquid causam per se habet bonam & similitè bonos prudicit effectus, id perse non est malum, sed bonum. At de Affectibus verum est prius, E. à Deo namque sunt ut ipsa natura, & si affectus in totâ suâ latitudine pravi essent, tum culpa in ipsum naturæ auctorem redundaret. est enim natura Dei ministra, quæ nihil molitur, nisi quod divino Ordini est consentaneū. (2) Maximæ etiam sunt utilitates, ad quas per se & naturâ suâ ducunt affectus, modò intra mediocritatis limites se contineant, conducit enim usus moderatae iræ fortitudini, quat. vires auget, nos reddit promptiores, timoremque longè propellit, undè eos fortitudinis appellatur. Timor utilis est in declinandis periculis, & dum vires nostros superant, ab audaciæ præcipitio nobis revocandis. Amor & odium si non essent, nemo se bonis adjungeret eorumque amicitiam ambiret, nemo à malis se disiungeret eorumque consuetudinem fugeret. (3) Quid? quod Affectus etiam Deo per quandam Eminentiam tribuuntur, ut irasci, misericordiæ, pœnitentiâ affici, &c. quæ ei minimè

tribuerentur si nihil perfectionis & rectitudinis illis inesset,
ratio est, quia Deus ex humanis nihil sibi tribuit quod bonitatis est expers. (4) Insuper indignus esset (ait Vendelinus) ut in civili societate toleretur, qui nullis affectibus
movetur h. e. qui nulli justè irascitur, neminem amat,
nihil timet, nullius miseretur, nihil sperat, nullà relæter-
tur de nullà tristatur, sed infra bestiarum conditionem
dejectus, instar statuar, stipitis aut trunci, est ad omnes res
gerendas ineptus. Hisce ita prælibatis, dicimus iram ali-
quando licitam esse, non tamen vitiosum illum habitum
iracundiam, quâ quis justis sine causis, nulla habita ratione
Personarum, loci & temporis, iræ indulget, sed affec-
tum iræ internum, qui propter injurias, damna vel con-
temptum, ex sanguinis circa cor accensione oritur, hic
intellectum volumus. Species etiam Iracundia, quas
vulgò ex Aristotele Auctores recensent, hic arcendas pu-
tamus, ut sunt (α) Excandescens, quâ subito & facile ob
leves causas irascimur, subitoque placamur. Qualis in
Alex. M. qui Clytum ab assentandi studio alienum, arre-
ptò Satellitis telo, trucidavit, ab initio cede quidem ex-
ultavit, postquam tamen excandescens deferbuit, ita i-
psum pœnituit, ut sibi manus inferre voluerit Iust. l. 10. c. 6.
(β) Amarulentia, quâ tardè quidem irascimur, iracundi-
am tamen semel conceptam tamdiu retinemus, donec vel
vindictam fuimus consequuti, vel temporis diuturnitate
eam concoxerimus. (γ) Crudelitas, quâ saevi homines
intumescunt, & sine vindictâ extraordinariâ non placan-
tur, id quod Tyrannis est familiare. Exempl. Herodes,
Caligula, Nero & alij. Justa proinde ira omnino est lis-
cita: Deo namquè, cui vitium nullum adscribi potest, tri-
buitur. Dicitur enim peccatis nostris graviter irasci, unde

Psal.

Psal. 4.5. Irascimini & nolite peccare. Sic Moses tabulas
a Deo factas, ob Idololatriam populi, ardenti indignati-
one fregit, Exod. 32. 19. Sic Zelus Eliæ 1. Reg. 19. 14. Quid?
quod gravissimâ plectuntur pœnâ, qui ob justissimas cau-
tas non irascuntur, 1. Sam. 2. 27. c. 4. 18. Ut v. nihil man-
suetudini adversum committamus, sequentia notanda
sunt: (1) Causæ: Ita non irascendum est propter inter-
tas & leves, sed graves, portinentes sc. ad vindicationem
honoris & cultus Divini, legum, parentum, liberorum,
conjugum, famæ & existimationis. Nec cuvis sine di-
scrimine irasci licet; Non sc. per imprudentiam peccan-
tibus, nec culpam deprecantibus, ut suadet Christus Luc.
16. toties, ait, fratri ignoscendum, quotiescumque de-
precatus fuerit. nec etiam rebus inanimatis, brutis & mor-
tuis, quibus nec sensus, nec præoresis inest. Sic Xerxes
mare flagellari jussit, Herodot. lib. 7. Quid vero hialud
faciunt, quam se se diridendos Sapientibus præbeant?
2. Personæ: Sic non irasci convenit Superioribus benè
de nobis meritis, ut sunt Magistratus, Parentes, Præcepto-
res; tum enim in quartum præceptum impingitur; sed ho-
mines merito aversamur malos & improbos, quos sceleris
nec pudet nec pœnitet, ita tamen ut vitium magis quam
personam detestemur. Semel etiam placati, causæ irri-
taticis obliuisci debemus, & fucatam amicitiam vel cor
plenum fellis, (ut multi jam proh dolor faciunt) nequa-
quam retinere, juxta illud: Ich wil ihm wol vergeben/
aber vergessen kan ich nicht. Paulus ideo suadet, ut iram
nostram ad solis motum dimetiamur utque tam velociter
ira quam Sol decurrat. Ne occidat, sit, sol super irato-
vestam! vid. Eph. 4. (3) Modus: ne enim ille lœdatur ob-
servandum ne charitas proximi postponatur, aut omnino

negligatur, neque quis vehementer excandescat, ut ira
in furorem vertatur, nè scilicet videatur imitari Apes, quæ
animas in vulnere ponunt, & ita magis rabie, quam consi-
liò ducatur; Sed potius in primo iræ furore nil quidquam
agat, dum defervescat prius ira, non Physica sed Ethica.
Sedulò ita cavit Plato, nè quid in primo impetu iræ face-
ret, cuius postea eum pæniteret, undè cum iratus in servum
irruisset, retractâ manu, vapulares, dixit, nisi iratus essem
Hinc Statius Poëta:

----- ne frana animo permitte calenti,
Da spatiū tenuemq; moram, mala cuncta ministrab
Impetus, &c.

(4) **Tempus**: nè nimis citò vel tardè; exulare etiā debet ira
ab honestis congressibus, à convivijs & serijs consultationi-
bus, nec iram diu peccore foveamus, nè in odium degeneret.
Inconveniens enim est, teste Keckermanno ex Arist. in Syst.
Eth. p. 283, ut, cum homo mortalis sit, immortalem gerat
iram. Ad ultimum etiam dist. est, inter iram temerari-
am, quæ ex solo ultiōnis appetitu dimanat; & justam in-
dignationem adverlus impietatem hominum. Inter mo-
deratam & immoderatam iram. Inter præcipitantiam, &
legitimum ultiōnis modum,

QUÆSTIO II.

Sit ne Vindicta Licta?

Circa hanc quæstionem multi errant in excessu, sine
modo omnem vindictam approbantes: quo vitio
videtur Iudei laborasse qui ex lege Talionis Exod. 21: 23.
Lev. 24. 19. nihil non sibi licere credebant: Oculum pro
oculo, dentem pro dente: & sic de reliquis. quanquam lex
illa expressè modum præscribat ulciscendæ iniuriæ; nè sc.
plus

plus exigerent, quam fuerint passi, Sic discipuli Christi exemplum Eliæ sibi perperam applicabant, vis dicamus, ut descendat ignis cælitus & devoret illos, ceu fecit Elias. Luc. 9. 54. Ad defectum peccant hic Anabaptistæ: qui dilectionis jus ita extollunt ut vindictæ nullus plane relinquatur locus, nec privatis nec publicis Personis, Et ita à manibus Magistratus gladium tollunt, & otiosum munus hoc reddunt. Privatos verò, sic Stoicos & stupidos efficiunt, ut interfici liberos, diripi domū, ferro & igne omnia vastari videant sine condolentia, sine propulsandi conatu. Quid v. illi nisi lapidem, fungum & stipitem, hominem efficiunt? Nos vero ut breviter nostram sententiam aperiamus, Distingimus inter Vindictam Divinam & Humanam. Illam justè exercet Deus nullo misericordiæ vel bonitatis suæ damnò. Exempl. Diluvij inundatio, Sodomitum miseranda conflagratio, Pharaonis submersio &c. Hæc est vel Publica vel Privata: Publicam exercet Magistratus legitimè vocatus, quæ iusta est, ut ut à multis carpitur, si ad leges potissimum Divinas conformetur. Exemp^o. Mosis, Iosuæ aliorumque piorum Regum. Magistratus enim gladium frustra non gerit, sed minister est Dei, vindex in iram ei, qui male agit Rom. 13. 4. Et sum sine vindicta hæc pax publica conservari nequit, hoc proinde couteriò cuius custos est Magistratus, interdum necessario utitur. Privata est quâ quis vel propriò ausu circa necessitatem, insciò Magistratu, injuriam vindicat, quæ illicita: vel quæ à Privatis, ubi Magistratus auxilium præsto non est vel esse potest, adhibetur: Casus enim quandoq; adeò repentinus est, ut non possit statim occurri præsidio publicæ potestatis; Tunc ergò possumus nos tueri, adhibitâ tamen magnâ moderatione, ut nos nobisq; commissos

fos tantummodo tueri studeamus, non satagentes adverfa-
rios lacerare ulciscēti animō, Hæc vindicta potius dicitur de-
fensio & inculpata tutela, vel, secundum Ictos, moderamen
inculpatæ tutelæ (notante Nob: D. Mich. Gyllenst. in suo
Coll. Eth. p. 142.) Hanc omnino & jura naturalia & civi-
lia admittunt. Natura enim ut sui demolitionem & In-
teritum aversatur, ita sui conservationem & tuitionem,
quantum fieri potest, procurat atq; molitur, juxta illud
Ciceronis 1. offic: Principio omni animantium generi est
à natura tributum, ut se, vitam corpusq; tueatur, declinetq;
ea, quæ nocitura videntur, vide sis Drap. medh willia C.
12. & 13. Q. Q. Concludimus iraq; cum D. Freidl. Med. Th.
p. m. 169. Si sit animo defendendi, non ulciscendi 2. In-
vadens nos sine justâ causâ impedit, 3. Absunt alia defen-
dendi media. 4. Fit in ipso defensionis actu, tum excus-
satur apud Magist. Sin secus, non item.

Q UÆSTI O III.

An usura sit licita?

his de hæc Quæstione inter Theologos & Politicos
contetur disceptatio, illi enim ex rigore verbi Dei u-
tus in implicitè damnant, quæ etiam una cum Usurariis,
multis in locis gravissimè taxatur, ut Exod. 22. 25. Lev. 25.
35. 39. Plato 19. 7. & alibi, Huic sententiae Icti nonnulli item
Philosophi adstipulantur. Hinc Plato Usurarios ex Re-
publ. exterrinando statuit, lib. 5. de Legibus. Arist. lib. 1.
C. 10. Pol. dicit illam minime probandam, sed magis odio
habendam, præsertim cum non sit secundum naturam, sed
ex præyo hominum instituto adducta. Hinc Lycurgus è
totâ Spartâ senus exterminavit. Verum cum accuratius
rem perpensis tam non omnem usuram illicitam esse pa-
tebit, & quamvis Usura ab usu dicta vulgar. & ἀκύρως pro
lucro

Iuxto quovis propter mutuam pecuniam supra sortem,
cum damno debitoris, exalio non raro accipiatur, & sic
cum favore coincidat; Qualam Theologi omnes ex lege
Dei damnant. Heic tamen propriè per usuram id intel-
ligimus, quod pro usu alieno pecunia ad lucrosas negotiati-
ones translatæ, secundum leges accipitur & sorti accedit.
Deinde hoc notandum est, quod quidam censente D. Meis-
nero in Phil Sob. part. 3. p. m. 307. sunt (α) extremè pauperes,
qui plane non habent unde famem propulsare possint, hi
juvandi sunt Eleemosynis, & ita illis dandum, ut nihil inde
speretur Luc. 6:35. ἵνα μὴ γράται ἀπιστεῖται τι μικρὸν δεχταισθε. Matth. 6. 3. (β) Quidam sunt indigentes, qui licet bona
quædam possideant, non nunquam tamen ad necessariam
vitæ sustentationem pecuniâ opus habent, quâ non cupiunt
lucrari, sed tantum præsenti necessitati succurrere; his
mutuari gratis tenemur & ultra sortem nihil exigere.
hoc enim christiana charitas requirit, quæ à nobis poslu-
lat, ut egentibus opem feramus, non autem eos pecuniâ
nostrâ magis exfugamus (γ) Quidam sunt opulentis, qui pe-
cuniâ à nobis expetunt, non propter urgentem aliquam
necessitatem, sed ut nostrâ pecuniâ negocientur, vel alias
in usus suos impendant, à quibus sine charitatis violatione
vel legum divinarum transgressione aliquid ultra sortem
annuatim expetere possumus; hoc permittit, Cum Na-
turalis æquitas, æqualitatem requirens. jam vero quando
opulentus, res suas alienâ pecuniâ augens merum sentiat
commodum, alter vero pecuniis suis carent magnum in-
commodum, dum scilicet occasiones, quibus interim res
suas posset augere negligit, tum inæqualitas cum æquitate
consistere nequit. Hinc illud Pauli: & 2d. ἵνα ἄλλοις ἀνεστῶσι
τὴν διάνυσιν αλλ' εξ ιδεῶν Θ., 2. Cor. 8:13. Tum charitatis

natura, quæ à se se incipit, Conf. i. Tim. 5: 8. Et parentes
jubentur *της μετοικιστικῆς εἰν*, 2. Cor. 12:14. Quod minime
fieri poterit, si omnibus indiscretè, non tantum sine Cen-
sus exactione, sed omnis sortis repetitione mutuū daremus,
quippe ita unā septimanā omnes facultates profunderentur.
Neque hēc prætermittenda est erudita distinctio Mutui,
quam DN. D. Gerhardus Tom. 6. p. 340. tradit, illam qua-
druplicem ponens. (i) Mutuum Eleemosynarium, 2. gra-
tuitum 3. Compensatorium 4. Usurarium. jam facile est
estimare, de quonam mutuo loquitur Dominus luc. 6. 35.
Huc accedit: quod nullus adlegari potest locus Biblicus,
quo tales anni census ab opulentis sumendi prohibeantur
disertè. Ad dicta Biblica ab initio questionis hujus ad ducta,
Respondemus: Præter id, quod loquuntur de mutuo debito
non nisi egenis dando, quod Deus Usuram inter omnes
homines nunquam prohibuit, sed tantum inter Judæos.
Fuit itaque lex illa Forensis, quæ quo ad modum Obliga-
tionis seu limitationem, formam & determinationem, est
abrogata, licet non quò ad æquitatem seu justitiam Uni-
versalem juris divini & naturalis. Deindè, vetuit Deus mor-
dentes ac rodentes Usuram. Denique, si omnis usura in-
trinsicè & naturâ suâ esset mala, Deus latâ lege, judæis
non permisisset extraneis dare in Usuram, Deut. 23. 20. Pec-
cata enim in lege nunquam permisit. vid. œconom. Keckerm.
in. h. l. Hanc itaque questionem finientes, dicimus cum Re-
verendiss. D. D. Gezel, in sua Eth. p. 63. Quod Usuræ
sint licite, puta, si sint compensatoriæ, non lucroſe ac
mordentes. hæ enim quibus facultates proximi exauri-
untur, divinis & humanis legibus sunt prohibitæ; illæ vero
ab opulentis repetitæ, qui rem suam locupletant, quan-
doq; licite existimantur. Videlicet D. Freidl. in Sept. præcept.

Quæ-

QVÆSTIO IV.

An Bellum si licitum?

PER Bellum hic non intelligitur (α) Dissensio seu antipathia inter res Physicas, utpote feles & mures; araneam & muscas, Crocodylum atque Ichneumona, aquato & ignem; nec (β) spirituale Bellum inter Deum & mamma, pios & impios, spiritum & carnem; Sed publicorum armorum justa contentio ut Casp. Facius Axiom. bell. definit. Vel pugna duorum exercituum ritè prius indicta, Bot: & qvamvis pace nihil optabilius, misera tamen pax vel bello benè mutatur Tacit. 3. Ann: ideo enim Bellum geritur, ut tutò in pace vivatur. Iniqua etiam & injusta Bella excluduntur, qvæ vel absque legitimâ suscipiuntur causa, vel utcunque inchoata injustè tamen geruntur. Sunt quippe, ut pacis, ita & Belli Jura; nec minus justè, quam fortiter ferrum stringere oportet Beat. D. Gyllenst. in sua polit. p. 485. Quando proinde Magistratus isque Summus, cuius solius est bellum indicere & legiti-
mè gerere, aliter Roip. consulere nequit, dum sc. in pace tutò vivere non datur, tum Sanctorum virorum vestigiis insistens, bellum ex justis causis suscepsum ad malos coer-
cendos, bonos vero defendendos, & vim iniquam repel-
lendam, salvâ conscientiâ gerere potest: quod sequentibus probatur argumentis: 1. Quia populo suo ipse Deus bella mandavit, Exod. 17: 14. Jos. 1. 2. & 2. 2. & 8. 1. 1. Sam. 5. 9.
1. Sam. 23: 4. Undè plurima appellantur Bella Domini;
Sic Mosen ad inferendum Bellum Midianitis suscitavit Je-
hovah, Num. 31: 2. Josuam & Judam adversus Cananeos,
Jos. 1: 6. 2. Quia sanctissimi Reges & Prophetæ olim bella gesserunt, ut Moles, Josua, Gideon, David, Josias, &c.

3. Bello gerendo informatio data D^eut. 20. Jud. 7. '4. Mi-
litates à Christo & Johanne Baptista stationem deferere non
jubentur, Luc. 3:14. 5. Quid? quod Magistratus Politicus
Deo placeat, & vir pius illæsa conscientia officio magist.
fungi poterit, idcirco Deus Mag. Christ. gladio armavit,
quem frustra non gestabit, sed malis in pœnam, bonis in
protectionem conf. c. 4 Konung. B. L. L. 6. Quia jura,
judicia, leges, religio omniumque rerum publicarum opes
& potentia, militaris disciplinæ clyped continentur, la-
tentque sub tutelâ & præsidio virtutis bellicæ, inquit Ro-
mani cloquij flos. (7) juris Naturalis est, vim vi repellere,
& si non defendit, dum potest æque est in culpâ, ac si pa-
rentes patriamque deseruisset, Cic. i. off. & pro milone:
Hoc & ratio doctis & necessitas Barbaris, & mos gentibus
& feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim,
quacunque ope possent, à corpore, à capite, à vita suâ
propulsarent. 8. præpostera est dilectio, ita alios amare,
ut se suosque odio habeat aut negligat. Hisce ita tractatis
succedunt causæ Belli, quæ hic inquiruntur, non efficiens
prima & universalis Deus, cuius nutucuncta geruntur, nec
secunda & propinquior ipsa Majestas politica; sed impulsivæ
causæ propter quas bellum Suscipitur, non tamen Theo-
logicè, sed politicè, de ijs, quæ Reges & principes ad ju-
sta movendum arma impellunt. ~~Hic~~ Bellum incipienti ac-
curatè sunt penitandæ, juxta illud ~~slust.~~ Omne bellum fa-
cile sumitur, sed ægerrimè desinit, nec in ejusdem potestate
initium & finis; siquidem incipere id cuivis etiam ignavo
licet, deponere autem cum victores velint, idem. Iusta pro-
inde Bellorū causa & manifestæ imprimis notandæ. Omnis
justa belli causa, vel ad defensionem, vel vindictam revo-
catur. Defensio est, vel i. Religionis; licet enim religio
seu

seu spirituale bonum temporalibus protegi armis nequeat,
liberum tamen eiusdem exercitium, ab externâ vi armis
recte adscribitur: Hinc Ambrosius: Fortitudo, quæ pét
bella tuetur à Barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel
à latronibus socios, plena iustitiâ est. Hanc intendens glo-
riosiss. memorie Rex Carolus IX. ad famolum pontem
Stångebroo Sigismundo patriæ infesta arma inferenti &
Jesuitas intrudere volenti; fortiter occurrit. Hist. arc: 12.
C. 73. 2. Regionis 3. Personarum, sui ipsius, Consanvinea-
orum, confederatorum, bonorum item & jurum. Vin-
dicta ad res vi erectas recuperandas, & enormes illatas
injurias vindicandas adhibetur. Huc spectant (α) Personarū
ac rerum repetitio. sic Abraham 5, Reges Gen. 14. 14. vide
sis 1. Sam. 30. 9. Sic Rex Svec. Attilus ludibrio expositus,
immensoque thesauro & thori locia Ursiliâ per hujus fi-
lium Rolvonem Spoliatus, justa Danis arma intulit, Joh.
M. l. 2. c. 21. (β) Illatæ injuriæ vindicatio; Hinc August.
Ius est, inquit, gentem eam aut Civitatem bello petere,
quæ neglexit corrigere id, quod turpitè & improbè à su-
is sit commissum. (γ) Legatorum violatio. Conf. 1. Sam.
10. de David. (δ) Factorum violatio (ε) Si per regio-
nem innoxius denegetur transitus, Num. 20. & 21, cap.
Jud. 11. 20. 23. (ζ) Notandum: quod graves sint causæ,
quæ Magistratum ad arma provocare debent, ducis nam-
que indignus est nomine, qui nullâ urgente necessitate
temerè ad prælium ruit, & de summâ rei cum hoste de-
cernit, quique prodigè suo abutitur milite, hominisque
jacturam majorem non ducit quam canis. Reliquæ cau-
sæ quæ apud prædict. D. Gyllenst. Besold. Wendel. & a-
lios inveniuntur, brevitatis memores, consultò omittimus.
Manifestas causas excipiunt occultæ, eæque plerumque in-

igit, ut 1. Dominandi libido; unde multa, in patriâ nostrâ sub Electivo Regno, bella flagrabant. 2. Ambitio: unde Salust. Ambitio una & vetus bellandi causa est, hæc Alexand. in Asiam & alias mundi partes armavit. Hinc Schytæ: Si Diis habitum corporis tui aviditati animi parem esse voluissent, orbis te non caperet &c. Curt. l. 7. cap. 8. Eadem ambitio animos Pompeij, Julij Cæsaris, Antonij, Mitridatis, ad regni pomæria amplianda incendit. 3. Nocendi crudelitas: quæ multa atrocia bella semper procreavit. 4. Avaritia, insatiabilis illa bellua quam nulla imperia, nulla regna satiant. Hæc olim Sennacheribum Assyrium in Ezechiam, Crassum in Parthos, Cyrum in Mæsagetas, Xerxem in Græcos, Turcas in Ungariam, & Hispan. in Indos commovit. vid. Hist. Episc. Barthol. Casai. Undè B. Augustinus injustas belli causas plures fasciculò quasi complexus, ait: Nocendi cupiditas, uincendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebelandi, libido Dominandi & similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur.

Q UÆSTI O V.

An detur in actionibus humanis libertas?

Sトイci olim hoc nomine famosi erant, quod omnia inevitabili & absolutâ necessitate evenire putarent, omnesque actiones suas, etiam pessimas, occulto fato adscriberent: undè ille, Fato furatus sum; cui alter; Fato suspendérис. Hæc prava opinio, non omni ex parte aboluta, tam latè non in gentilismo, sed etiam in ipso gemitio ecclœsæ radices egit, ut multi non erubescant libertatem in moralibus homini adimere, necessitatem stoicam

ex inferis revocantes, Deumque nostrum glriosum, malorum actionum incitatem, approbatorem & effectorem non sine summâ blasphemâ constituentes. Sed quâ longè hi errant, testantur docti, confirmat experientia, distat ratio. Ut igitur intelligas num liberum aliquod arbitrium in homine relicum sit, notandum est vocabulum libertatis *ωλύσματος* esse. Est namque 1. Libertas à servitate, sic liberæ civitates, nulli Regi servientes appellantur 2. à coactione, quando agens ad unum quidem eligendum est determinatum, non tamen cogitur, nec aeternô motu violenter rapitur, sed sponte suâ seu internô motus principio aliquid amplectitur vel rejicit: Sic libere vagantur pisces in mari. 3. Lib. à Necessitate, quâ voluntas non necessariò determinatur ad unum actu immutabile, sed positô objecto & omnibus cæteris requisitis, possunt agere & non agere, agere hoc & agere illud. Ultimam hanc speciem nos intellectam volumus: quæ solum rebus intellectu præditis, ut Deo Angelis & hominibus complicit, Brucis v. recte denegatur, quia objecto præsente & omnibus ad agendum requisitis positis, ita in rem proposicam feruntur, ut suspendere actionem non possint, ut videre est in cane Eluriente cui offa est præposita. Ultimæ hæ duæ species, dupliciter differunt (α) ratione subjecti; libertas enim à coactione homini communis est cum bestijs. Lib. vero à Necessitate, homini communis est cum Deo & Angelis (β) modo agendi; Hinc actiones, quæ fiunt per libertatem à coactione, nominantur voluntariæ vel spontaneæ, quæ vero fiunt per libertatem à necessitate, actiones liberæ. Porro libertas est, vel i. Contrarietas, quando voluntas non est determinata ad certam speciem nempè vel ad solum bonum, vel solum malum, sed alterum

rum potest vel eligere vel reiçere. vel 2. Contradiccio-
nis, quæ circa unum idemque objectum sibi propositum
versatur inter terminos contradictorios, velle, non velle,
agere, non agere, dicitur aliàs libertas exercitij. Hic
ita tractatis, notandi sunt diversi status: sic homo ante-
lapsum liber fuit à necessitate & coactione, tam quo ad a-
ctiones malas, quām bonas, tam electionis, quām execu-
tionis respectu, tam quo ad specificationem, quām quo
ad exercitium, vid, Eccles. 15.14. Erat etiam liber à servi-
tute peccati, licet non à jure seu obligatione; datum enim
erat ei præceptum nè peccaret. neque liber fuit à mutabi-
litate, quia voluntas, quæ in omni statu est eadem, po-
tuit mutari & malum liberè eligere. In statu corruptio-
nis, res aliæ sunt civiles & morales, aliæ sacræ & Ecclesi-
astica in illis homini libertatem, non tantum contradictionis,
sed contrarietatis relictam esse, satis lumen natu-
ræ & experientia evincit; aliàs nemo laude vel culpâ,
pñâ vel præmio dignus esset, hâc qui indifferentiâ desti-
tuitur. Verum cùm anima duas illas præcipue facultates
habeat, quæ si quatenus est intelligens & rationalis com-
petunt, intellectum sc. & voluntatem, non ergo imme-
ritò queritur, an libertas sit in utrâquè, an in alterâ tan-
tum? Durand. 2. Sent. Dist. 24. quæst. 7. ad utramque Fa-
cultatem, eam refert quem è recentioribus sequitur Pic-
colom. in Eth. Grad. 2. c. 41. 42. Sed haud dubiè errant.
Communis enim & vera sententia est, solam voluntatem
liberam esse Formaliter quod facile potest ostendi, simul
& Dur. & Piccol. sententia Damnari. Intellectus enim
non est liber (1) à Necessitate Contrarietatis, cum à na-
turâ suâ ita determinatus sit, ut non possit non assentire
vero & dissentire à falso; si autem res in utramque par-
tem

probabilis sit, cum nec dissentit nec assentitur; nisi forte voluntas ad alterum moveat, idq; ideo, non quod in potestate ejus sit neutrum facere, sed quia objectum sufficienter non proponitur, seu potius, quia in utramque partem moveat, & una motio alteram impedit. Quoties ergo intellectus rei vel assentitur, vel ab eâ dissentit, naturaliter id facit, non liberè; Evidentia enim veritatis cogit assentiri, falsitatis disseire, quæ cum deest, intellectus planè nihil agit, nisi voluntas ad id impellat. Neq; (2) à lib. Contradictionis, & licet inclinatio insit intellectui ad operandum, positò tamen objecto & requisitis, non magis potest intellectus rem non cognoscere atq; oculus apertus in media luce objectum suum non videre, & quod hoc & non aliò tempore illud & istud intelligat, id unicè ad ipsam voluntatem est referendum. Hisce ita extra dubitationis aleam positis, multi tamen ex accurarioribus Philosophis, statuunt libertatem in ipso intellectu radicari, quod tamen cum grano salis est accipiendum, & potest duplicitè intelligi (α) Positivè ita; ut radix est principium & causa attrahens nutrimentum arbori, adeoque causa fructus, quos fert arbor, ita quoque intellectus sit radix h.e. causa & principium libertatis, & hoc sensu negatur (β) Negativè, quod intellectus dicatur radicaliter liber, quia si absit intellectus cognitio de rebus propositis, nulla sit libertas voluntatis. Ideò enim solis intelligentibus libertas tribuitur, quod nulla possit esse libera appetitio, ubi non est vera appetendorum cognitio & inter se comparatio. hinc proverbium: Ignoti nulla cupido. Et hoc modo habet sese intellectus cognitio ad voluntatis liber-

tatem, non ut vera causa, sed saltēm ut conditio & causa sine qua non, vel antecedenter & ~~ad~~ sequentia. Non tamen voluntas semper dependet a practico iudicio Intellectus, sed sufficit sèpè nuda apprehensio sub ratione boni; E. g. motus repentina voluntatis, qui iudicium rationis practicum non expectant. Plura de hac nobilissimā quæstione adferre, temporis brevitas vetat. Hæc vero in chartam conjecta, tuum est B. L. candidè interpretari, & quæ ingenium meum hæc vice transierunt, humaniter supplere.

COROLLARIA.

1. Vitam ut prolongat Temperans, ita eam intemperans abbreviat.
2. Lupanaria in bene constitutâ Republ. non sunt toleranda, neque omniam bonorum communio ferenda.
3. Amicos plus quam nos ipso amare non tenemur.
4. Magnanimitas nomen virtutis meretur.
5. Liberalitas etiam in accipiendo consistit.

Gloria sit patri, sit nato gloria, sancto
Gloria Spiritui, Triadi sit Gloria semper

AD IUVENEM

Eruditione & venustate morum maxime conspicuum,

DN. PETRUM LACONIUM Smolandum,

Dissertationis hujus Philosoph. auctorem & defen-
sorem, Amicum meum sincerè dilectum:

Quâ te laude canam nostri spes ampla Lycæi

Laconi eximius suspiciende, bonis,
Splendida te virtus rectæ ac constantia vitæ

Pluribus en decorant, Pallas amica simul;
Id monstrat præsens tua dissertatio, quare

Ausibus his tandem præmia digna feres.
Nunc mihi sufficiat, tibi singula fausta precari

Gratanti & calamo plaudere: rite vale!

Occupatissimus sed L. Mg.
scripsit

JOHANNES FLACHSENIIUS

Math. Prof. Ord. & Acad.
b.t. Rector.

Ad

Harum positionum elaboratorem Responsurum,
Virtute ingenioq; præstantissimum,

DN. PETRUM LACONIUM

Sympatriotam & amicum per dilectum:

Nobilitat virtus eadem quoq; præbet honores,
Dat duraturas secula mitis opes,

Deniq; post mortem comes est comitatur ad astra.

Hac verè faustus qui comitatus abit.

Ergo felicem te nunc ebuccino PETRE

LACONI, hanc sociâ vive valeg; diu!

L. Mg;

ENEVALD. SVENONIUS

Q. G. A. SS. Th. Doct.

Κῦρος ΛΑΚΟΝΙΕ Φίλε τίμιε.

ΠΕΡὶ τὰς τέχνας καὶ ὑπηκόμας ἔτι μόνοι δόξοι ἔχειν Διάλεκτον,
βειν, ὅπινες τὸν μὲν βίον θεωρητικὸν Φιλότοι, τὸ δὲ πρακτικὸν
μὲν ὄλιγωρότοι, ηγάρ Φιλοσοφία θεωρητικὴ ἀνευ πρακτικῆς, ἀνα-
φελεῖς; ηδὲ πρακτικὴ δίχα θεωρητικῆς, ἀμεσον καὶ ταλημελεῖς,
περισσέοντιν ἐν συνάπτειν καὶ συνάγειν ἀμφότερα Σάυτα. οὗτος
πολιτεύεινθα περικλῆς, Αρχίταν τὸν Ταραχίνον, Δίοντα τὸν Συ-
ρρήκτον, καὶ ἐπειρινώνταν τὸν Θηβαῖον πελεῖ τὸ κεράτιον τῆς
Φιλοσοφίας Διάλεκτον Φησὶ πλέτρην. Παμπόδιλα γάντια
δὲ ἄξιος ἄντα κύρει λακόνιε ὁ ἀμφότερα Σάυτα μίξι καὶ κερδί-
σαι δυνάμενος. Τάλη γάρ Διάλεκτοι πεπαιδευμένη δῆλον καὶ Φα-
νερὸν ποιεῖς Σὲ τὸ πρακτικὸν βίον πλησαρ ποιεῖσθα λόγον. Τελεῖ
δην ἵση μετὰ μικρὸν, καὶ κάροπιν ἔχη πλὴν. Σύρρωσ!

E. FALANDER,

PETRUS LACONIUS Musis canit hoc anagramma;
LUSI PER CONATUS.

L USI PER varios CONATUS, plaudere Musis
Apuero pergeno, sector ut artis opes.

Huic aliud Musæ pariterq; anagramma reponuntur:
AST LOCUS IN RUPE.

A ST celsus proflat LOCUS IN parnasside RUPE;
Ut videoas quantum sic didicisse juvat.

Hec in amicitiae signum MAGNUS FIORINUS,
Disticha bina dedit, mente animoq; tuus.